

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Apostoli e
cum uariis

Christus Ihesus Petrum et Andream et alios per quos operatus est salutem in medio terre, non de foro Iustiniani, sed de simplicitate piscatoria legitur assumpsisse. Inflat enim sapiencia huius mundi et legum uentosa loquacitas. Elegit enim non reges, non senatores, non philosophos, sed plebeios, pauperes, indoctos, piscatores, ineruditos liberalibus disciplinis, non peritos grammatica, non armatos dyaletica, non rethorica inflatos. Piscatores Christus cum rethibus fidei paucissimos misit, atque ita ex omni genere tam multos pisces et tanto mirabiliores quanto rariores eciam ipsos philosophos cepit.

Augustinus in sermone de apostolis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

de] se L²; legitur] legimus P V¹ V² L¹ L²; enim *om.* P V¹ V² L¹ L²; plebeios] plebeos P V¹;
tanto] tam multo P V¹ V² L¹ L²; quanto] quanta (*cor. intra*) B